

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioann. Jonstoni|| Historiae Natvralis|| De|| Piscibvs|| Et Cetis|| Libri V||

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLXVII.

VD18 90529014

Historiae Piscivm Liber V. De Cetis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-11089

HISTORIAE PISCIVM

LIBER V.

DE CETIS.

CAPVT I.

De Cetis in genere.

*Galen. 3.
de Alim.
facult. c. 21.
et 37.

Asian. H.
d. l. 17 c. 6.

*Plin. H. N.
l. 9. c. 7.

Arist. H. A.
l. 9. c. 2. et 4.
de partib.
l. 13.

Cetorum nomine saepe tam apud Graecos quam Latinos ingentis molis pisces intelliguntur; hic pro illis duntaxat sumimus, qui pulmones, arteriam, collum et alia membra cum terrenis quadrupedibus communia habent, quibus omne proprie dictorum piscium genus destituitur. Specialius aliquando, seu pro Pistrice, seu pro Balae-na sumi, apud Ciceronis Aratum, et Oppianum videbis. Integuntur corio, qui Macedonibus, dum e Mesambria Tocam navigarent, visus, corio squammoso, tam crasso ut cubitum aequaret, ostreisque patellis, et algis oppletus, pro monstro habendus est. Lora ex eo fiunt, quibus maxima pondera per cochleas sublevantur, simili duritie et nervos esse, et chordas ex iis ad bellica instrumenta confici, prodidit Aelianus. Pulmones habent, quod plus caloris, quia ingentis molis animalia, ut possint moveri, requirunt. Branchiis ideo carent, sed *stislulas* (ora vocat Plinius, nares Ovidius, Cardanus oscula) acceperunt. Ductus hic ab ima palati ad extimam partem duplex, septo distinctus, et nostrarum narium foraminibus ad palatum deductis, proportionem quodammodo respondens. Unicum in extima parte literae C. figura foramen apparet, quod carne pingui, tanquam operculo, tegitur. Respirationis gratia datas, vel exinde colligas, quod obturatis, citius moriantur, quod in Delphino Rondeletius observavit. Os ipsos subter habere, Aristoteles et Plinius reliquere, ut dum resupinantur, pisces quos captant, evadendi tempus habeant, in promptu habere, observavit Rondeletius. Resupinatos tamen cibum capere, tum ob dictam

causam, tum propter longam et multum infra descendentem oris scissuram. Carent quidam *Dentibus*, instructi quidam, serratis, planis, exertis, aliquando hominis similibus. Eboris instar candidos, ad opera firmos, anteriores latos, ne haereret cibus, posteriores acutos, ut promptius videretur, apud Cardanum legimus. *Mammis* foeminae habent; detractos aliquando ex una in Aquitanico litore duo lactis cados, Rondeletius prodidit. Audire certum, et nulla manifesti instrumenti vestigia, ut putat Aristoteles, Rondeletius tamen in Delphini cranio, meatum qui ad cerebrum usque excurrit, invenit. Vehementer *pinguescunt*, quod piscium carne alantur, et moveantur tardissime, quod tardo motu digeri posset, densitate corii praepe-ditur. *Internas partes* verbis Rondeletii describam. Sub peritoneo, inquit, partes quae ad nutritionem et generationem conformatae sunt, ad quadrupedum terrestrium magis quam ad piscium partes accedunt. Nam *Epi-ploon* habent, sed minus pingue, quo ventriculus et intestina incallescunt, et foveantur. *Ventriculum*, magnum, cum ad iustam magnitudinem accreverint: in recens natis exiguum est, et geminus videtur. Ejus fundo *pancreas* haeret, desinit in *intestina*, quae in multos gyros convolvuntur, eadem fere ubique crassitudine, praeterquam in extremis, quae mediis paulo sunt latiora. *Mesenterium*, vertebrae annectitur, glandulas nigras, venas, arteriasque intertextas habens. *Renes* venae magnae trunco, arteriaeque magnae per emulgentes annectuntur, sunt inter epar et testes siti. *Urina* per *ureteras* in vesicam percolatur: quae terrestrium animalium vesicis

Cardan.
variet. c. 37.

Arist. H. A.
l. 4. c. 8.

similis, sita est inferiore ventris parte. In iis, qui utero adhuc gestantur, in urachum desinit, per quem urinam deponit in allantoidem tunicam ad diem usque partus. Editi in lucem, per pudendum urinam veluti terrestria emittunt, et per musculum sphincterem retinent. *Vracho* arteriae umbilicales adhaerent, arteriae magnae inferioribus ramis insertae. Utrique sunt *testes* oblongi, quibus praeparantia vasa praeposita sunt, infiniti scilicet venarum artiarumque e magna vena ortarum ramuli, qui post varios et multiplices anfractus, in epidymum inferuntur. Cum enim magna sanguinis copia, multo semini generando necessaria sit, quae longo vasorum ductu, ob spatii brevitatem transmutari et elaborari non potest, solerter admodum natura gyros illos vasorum constituit, ut illis, id quod longitudini deest, pensaretur, et quibus singuli meatus capreoli intorti dependent, et glandulosa corpora radici pudendi adnata desinunt; ex quibus meatu urinario, nervo cavo *genitale* constat humano simile, cuius extremum foris propendet, in glandem tenuem linguis avium similem desinens, quae praeputium non omnino integitur: intus replicatum latet, ad veneris usum exoritur. Venas suas, nervos, arterias, idem pudendum habet. Ossi innititur, quod ossi pubis proportionem respondet. *Thorax* costis veris ac mendosis, sternum, vertebri, musculis constat: cuius capacitatem *pulmones* magni complent, densiore substantia quam in terrestribus: crassitudine et colore hepar quadrupedum referunt, tum, ne aqua in rariorem substantiam penetrans, ejici non posset; tum ne in magnis expirationibus, quibus in aquis fere semper coguntur, tenuior substantia fere disrumperetur. Hi in duas partes divulsi sunt, parte inferiore adeo gracilescunt, ut membranam esse affirmes. Unde

que *Cor* complectuntur pericardio conclusum, in medio thorace locatum, nulla in re porcorum cordi ab simile: duos sinus, totidem auriculas, denique omnia similia habet. Ad haec, asperam arteriam, *Oesophagum*, musculos et quaecunque in terrestribus corporibus sunt, clavícula exempta, reperire est. *Caput*, cum vertebri articulat. *Cerebri* dispositio diversa. Nam in anterius et posterius divisum est, non in dextrum et sinistrum, ut in homine. *Nervorum* conjugationes ex eo nascuntur, plexus *χρυσειδης*, in eo rete mirabile, meninges duae pro integumento. *Vulva* in foeminis cervicem palmum unum longam habet: ea deinde in ramos duos distribuitur, veluti in quadrupedibus terrenis videre est, testes ad uteri cornua positi, pudendum inter umbilicum et podicem. De *Magnitudine* in singulis speciebus dicitur. *Locus* si species, in solo nec tamen omni mari (*Pontus Euxinus* nullos habet) reperiuntur. Semperque fere in alto versantur. Circa solstitia maxime visuntur, quod tunc illic ruant turbines, tunc imbres, tunc delectae montium jugis procellae ab imo vertant maria, pullataque ex profundo, beluas cum fluctibus volvunt. Alias in fundo maris fere degunt, molis suae pondere. *Cibus* ipsis pisces, harengi imprimis, quos quandoque tam avide persequuntur, ut in littora vadola impingant. *Generant* intra se, et catulos enituntur. Hi teneri sequuntur matrem, quod a nautis visum. *Motu*, ob corporis molem, et ventris ingluviem tardo feruntur. *Visus* et *auditus* ipsis hebetior. Hinc curiosae omnium naturae beneficio, pisciculis, si credere fas est, tanquam duce utuntur. Odore picis adeo delectantur, ut sese navi affricent. Strepitu terreri *Arrianus* in rebus *Alexandri M.* prodidit. *Usus* in cibis, apud *Ichthyophagos*, prodente antiquitate invenere. Praeparationem vide apud *Aldrovandum*.

CAPVT II.

De Cetis in specie.

ARTICVLVS I.

De Balaena.

TAB. XLI.

TAB. XLII.

Vossius de

Idol. l. 4.

c. 32.

Plin. H. N.

l. 9. c. 3.

Et haec de Cetis in genere sufficiant, in specie jam de iisdem agetur. Numerantur autem inter eos, *Balaena*, *Balaena vulgi*, *Physeter*, *Prisitis*, *Orca*, *Delphinus*, *Phocaena*, *Scolopendra*, *vitulus marinus*, et *Manati Indorum*.

BALAENA, Graecis *φαλαίνα*, vel *παρά το βάλλον*, id est emittere, quod maris aquas per fistulas emittat, vel a *φάλλον* quo vocabulo Graeci meatum in galeis militaribus, cui plumas inferebant, indignant, vel a Chaldaeo *עלל*, quod et devorare dicitur. Ingentis est magnitudinis. Visā in Iudico mari, quaternum iugerum, seu nongentorum sexaginta pedum longitudine. Centum et quinquaginta cubitos obtinebat, quem Nearchus ejectum vidit. Describitur a Bellonio, Rondeletio, et Aldrovando. De suo scribit Bellonius, adipem ejus velut oleum non concrefcere: pinas habere utrinque unam et tertiam in dorso, qua totum corpus dirigit. Caudam lunatam, Corium nigrum, cui pinguedo pedis altitudine sublit, laridum quadragesimale appellant. Lingua eidem aliquot librarum pond. Ante oculos praetenturae, seu tenues quaedam assulae, quatuor ulnas longae, ac sesquipedem latae, longissimis villis praeditae, quibus iter praetentat. Ossa tam magna, ut postes ex iis fieri soleant. *Rondeletius* suae parvam linguam, et quae quatuor duntaxat vel quinque vasa falsamentaria habeat, adscribit. Alii, penem se unius vidisse, qui a procerō homine humeris deportatus terram contingeret, scribit. In ejus quam *Gesnerus* describit ventriculo tria dolia crudorum pisculorum, inter quos salmo unius ulnae longitudine, inventa sunt. Pelle nigro undique tegebatur, nisi quod maculae duae candidae, utrinque supra medium oculi inciperent, et retro ten-

derent. Tota maxilla inferior erat candida, et pars quaedam sub ventre. Plura apud *Gesnerum* vide. *Aldrovandi* prior colore erat subcaeruleo, tota maculis nigricantibus confersa, ventre candido. Altera, quam *Bufalinam* vocat, tota nigricabat. Capta erat An. M. D. LXXVII. in Scaldi decem ab Antverpia milliariibus monstrōsa, quam *Pareus* descripsit. Longitudo ejus erat pedum octo et quinquaginta, altitudo sexdecim. Cauda quatuordecim pedes lata, ab oculo ad extremum rostrum intervallum sexdecim pedum. Maxilla inferior senum in singulis lateribus pedum erat, viginti quinque dentibus armata, qui totidem foraminibus in superiore dentibus omnino carente excavatis, recondi poterant. Tot dentium longissimus sex pollices non excedebat. *Locus* ipse procul a terra ubicunque degit. *Plurimas* *Schonfeld.* autem circa Islandiam, Gronlandiam, *in Ichthyol.* et vicina Septentrioni loca, a *Biscainis*, *Anglis*, *Hollandis*, circa aestivum inprimis solstitium, quo tempore sinus recessusque maris pacatiores quaerunt, capiuntur. In *Taprobanae* mari *Thunnis* insidiari, apud *Aelianum* legimus: in *Gaditano* *Aelian. H.* Oceano non ante brumam conspici: *A. l. 16. c. 18.* statis temporibus in quodam sinu placido et capaci, mire gaudentes ibi parere, condi, *Plinius* prodidit. *Vi.* *Plin. H. N.* *l. 9. c. 6.* *Itus* ipsis pisces, visus qui quadraginta asellos devoraverat, eosque *Schonfeld.* adhuc recentes, quos oculatus testis dissectos et sale conditos ad solem *in Ichthyol.* siccavit. Sunt qui comedere mastigando negent: pisces deglutire integros, eosque minutos, quod interna gutturis membrana nil magnum ingredi sinat, dicunt. Quidam carne velci negant, quod in captae visceribus praeter mucum et spumam nihil reperiatur. Pisciculum *Lodel* venatoribus dictum, si copiose voravit inobviatur quasi, et in furorem

rem acta, nec hominibus nec aequalibus suis parcat. De *Coitu partuque* (verba sunt Schonfeldii) venatores referunt, Balaenas contracta societate et consuetudine in amorem mutuum, quem conjunctione, saltatione, aliisque affectuum conjugalium significationibus inter se testantur coire; hinc una natate semper, amicitiamque coeptam conservare, donec accensa ad libidinem foemina, erecto ad perpendiculum et in caudam corpore, marem eodem politu obviam, pinnis suis, tanquam brachiis duobus amplectatur, mutuoque complexu per horam dimidiam, vel integram utraque haereant: Inde conjugium et conversationem ad mortem usque colere. Foemellae foetum autumno inter Octobrem et Januarium pariunt, unicum, tauro non minorem, imo majorem pro matris quantitate, qui sub maternas pinnarum praesidiis et tutela tutus, non deserit parentes, nisi ablactatus. Philostratus faucibus ab eis filios abscondi, si quando majorem belluam fugere contigerit, prodidit, quod et apud obscurum de natura rerum authorem invenies. Terrae defectu aquae affinis, aqua ore recepta et ejaculata succurrere, fide ejusdem dicitur. *Dormire* edita per summa, fistula Aristoteles l. 4. c. 10. author est: stertentes audire. Plinius, in sicum exire, ut a Solis radiis caleant, Oppianus et Aelianus *Inimicitiam*, cum Delphino, Thunnis et Orca gerit. A gladio pisce, ut supra

Philostat.
l. 2. de vita
Apollonii.

Arist. H. A.
l. 4. c. 10.
Oppian.
Halieut. l. 1.
v. 404.
Aelian. H.
A. l. 9. c. 50.

diximus, vehementer timetur. Zieglerus castoreo aqua diluto et in mare effuso adeo terreri, ut totus grex dissipetur prodidit. De *venatione et captura* vide Schonfeldium. *Ufus* adipis, in lucernis, ad inungenda coria, curruum rotas, et alia. Cardanus viscera quia pingua, et sapore et violae quasi odore commendari scribit. Galenus eis mucosum saporem tribuit. Viginti balaenarum genera apud Hartenium inveniuntur, ex quibus *Primum* quod Ninting vocatur hominem fugit, et comestibile est. *Decimum*, quod Fiscraake, haleces versus terram fugat. *Undecimum*, quod triginta ulnarum, ultra septuaginta dentes habet, et eos tam magnos, ut inde tabulae ac manubria cultellorum fiant. *Duodecimum*, non habet pinnae in dorso. *Decimum quintum*, quod Rodkemling vocatur, subvertit naves, et XL. est ulnarum. *Decimum sextum*, quod Nahwal, antarius in superiore mandibula, dentem longitudinis septem ulnarum, adeo exacte tortum in circuitu, ut humano ingenio melius fieri non posset, habet. *Decimum septimum*, quod Skelling, octuaginta ulnarum, diversos superciliorum supra oculos habet ordines. *Decimum octavum*, quod Nordhwal, nonaginta ulnarum, non vivit nisi de pluvia et rore coelesti, quod fabulosum credo. *Vicesimum*, quod Haffnegruffiae, magis insula esse videtur quam piscis. Fides sit penes authorem.

Galen. l. 3.
Alim.

Schonfeld.
in Ichthyol.

ARTICVLVS II.

De Balaena vulgi, et Phytetere.

Aldrov. de
Cetis c. 7.

Bellua haec ut plurimum triginta sex cubitos longa est, octo alta, ut Rondeletius describit. *Oris* scissura ad duodeviginti pedes porrigitur. *Dentes* in eo nulli, sed horum loco in utraque maxilla, corneae sunt laminae nigrae, sensim in pilos fuillis similes desinentes, quae in anteriore et posteriore sive interiore oris parte breviores sunt, in media longiores. Ab interioribus *Lingua* intus continetur et coercetur: in-

de abducta vel abscissa ita diffunditur, ut in eundem locum iterum recipi non possit. *Oculi*, quatuor ulnarum spatio a se distant, foris parvi apparent, intus capitis humani magnitudinem superant. *Pinnas* duas maximas in lateribus habet, quibus natat, et catulos in metu occultat, in dorso nullam habet. *Cauda*, situ caudis Delphinarum similis est, figura non multum absimilis, quam cum movet, ita mare agit,


ut

1. *Anterioris* (Anterior) - The anterior part of the skull, containing the orbits and the nasal cavity. It is the front part of the head.

Balaena.


Walfisch.

Tab. XLI.




Balaena.

Walfisch.




Balaena.

Monstrosa.




Balaena.


Ein ander art Walfisch.




Phocaena

Meer. Schwein. Braunfisch.







Arist.
Al. 3

Plin.
L. II.

TAB.
Aldre
Cetis

Bellon
Aqua
L. I.

Aloyh
Navig

Chafin
Exot.
c. 19.

ut naviculas submergat. *Roſtro* eſt brevis. *Fiſtula* caret. *Corio*, duro, nigro, integitur, ſine pilis, cui lepadēs, et oſtrea haerentia aliquando reperiuntur. *Internae partes*, veluti in Delphino. In ventriculo mucus, ſpuma, aqua, alga foetida, ambra inveniuntur, ut exinde carnivoram non eſſe colligas. Vitulos vi-vos parit. Carnis nullus in *Cibis* uſus, ſola lingua commendatur, ſale condita. Viginti tria ſaepe vaſa ea im-
 Aristot. H. A. l. 3. c. 12.
 Plin. H. N. l. 9. c. 37.

plentur. *Μυζινηρον* Ariſtotelis eſſe, vel exinde colligitur, quod pro dentibus ſetas, quibus intus os hirsutum eſt, habeat. Plinius muſculum marinum bene dixit, ſed pro duce Balaenae male poſuit.

PHYSETER, qui et Phyſalus, *παρὰ τὸ Φυσίν*, id eſt a flando dicitur, quod copioſiorem aquarum eluviam prae caeteris efflare ſcribatur. Geſnerus eundem vel ſaltem affinem cum Puſti, qui *πρις*, *πρις*, et *πρις* dicitur, facit, quem vide. Diverſum eſſe a Phyſalo maris rubri, ex deſcri-

ptione videre eſt. Magnitudine hic adulti Gobionis, ſine ore, cum branchias tamen habeat, perniciem ei qui guſtaverit creat. Intumeſcit enim, tandemque ventris profluvio vita finitur. De *Deſcriptione* inter authores non convenit. Plinius ingentiſque columnae modo ſe attollere ſcribit. Solinus ſuper antennas navium velis quondam diluvium eructare addit, quod Strabo commune cetis in mari extero circa Turdetaniam facit. Tur-
 Aelian. H. A. l. 3. c. 18.
 Plin. H. N. l. 9. c. 4.
 Strabo Geogr. l. 15.

nerus portentosa magnitudinis cetum facit, et ſingulos ſe eorum tantum aquae e fiſtulis, quas in capitibus habent ejaculantes vidiffe, ut ſinguli ſingulas naves aquarum copia in profundum ſubmergerent, adjicit. Bellonius hoc ſolo a Balaenis differre, quod nullas praetenturas habeat, neque tam vaſta corporis mole, figuraque ſit magis tereti. Rondeletio eſt ore maximo, dentibus acutis, ferratis, lingua carnoſa et magna, fiſtula longe quam reliquis craſſiore, pinguedine multa.

ARTICVLVS III.

De Puſte et Orca.

TAB. XLIII. Puſtes a ſecando, quod pernicioſiſſime
 Aldrov. de Cetis c. 5.
 Bellon. de Aquatilib. l. 1.
 Aloyſius l. 6. Navigat.
 Cluſius Exot. l. 6. c. 19.

natet, dictus eſt. Perperam a Bellonio capite vaſto, rotundo, et cabi figuram exprimente deſcribitur, quo modo namque aquam velociter ſecaret? Rondeletio eſt roſtro, valde longo, oſſeo, utrinque aculeato. Aculei validi ſunt, et Delphinorum dentibus ſimiles. Aloyſius Cadamuſtus ſerram aquaticam vocat, eaque in aſſamenta ſecari ligna ſcribit. Cluſius ipſius formae ratione inter Galeos ſeu caniculas reponi debere aſſeruat: eumque ita ex pictura deſcribit. Erat hic piſcis, inquit, corporis forma et colore Galeorum generibus, aut Caniculae Ariſtotelis valde ſimilis: nullis tamen maculis ut illa, conſperſam cutim habens, perinde tamen rudem, et inſtar Zygaenae cutis aſperam, fuſci in dorſo coloris, in ventre candicantis, et ſex pinnas habet; in lateribus, medio videlicet paene corpore binas,

etc. Caput in longum et anguſtum, planum et firmum roſtrum porrigebatur, utrinque cum iis dentibus, ſive oſſeis firmiſque et rectis ſpinis, ex adverſo ſitis ſerrae inſtar munitum, viginti vel etiam pluribus, etc. Binos oculos in prona capitis parte habebat, binas nares in ſupina, et infra illa oris ſciſſuram, ut Zygaenae fere tranſverſam. Reperitur plerumque in Oceano occiduo.

ORCA Latinis a vaſis olearii aut vinarii ſimilitudine dicitur. Quodnam apud Graecos habeat nomen, vix compertum, niſi vocabulo Orygis apud Strabonem, quem in mari extero circa Turdetaniam, ponit, veniat. Bellonius ocrynum Oppiani eſſe credit, ſed perperam. Thun-
 Aldrov. c. 6.
 Strabo Geogr. l. 3.

ni enim hic genus maximum. Delphino eſt corpore toto vigefies craſſior, potiſſimum circa ventrem: Toto tergore atra, ventre ex albo ro-

ſeo,

feo, ad latera fere caerulea. *Rostrum* habet finum, fursus repandum; cuius labri inferioris tanta est crassitudo, ut a superiore sejungatur dum piscis pronus est, quadraginta triculenti in eo dentes, quorum anteriores obtusi et graciles, posteriores acuti et crassi sunt. *Oculi* eidem sunt parvi, *pinnæ* pro corporis magnitudine pusillae. *Cutis* glabra et politissima. *Cauda* lunata, et ulnam distenta excedens. *Pudendum* mari in medio ventre abstrusum, duorum pedum longitudinem excedens; in foemina ano vicinum est, ad quod utrinque duorum digitorum intervallo, quaedam foramina visuntur, in quibus mammarum papillae delitescunt. Saepe octingentas, aliquando et mille libras excedunt. *Lienem* unico orbiculari globo in placenta formam effectum habet. Plurimum aquae per fistulas ejaculari, Plinius author est. *Orca*, inquit, in portu Ostiensi visa est oppugnata a Claudio Principe. Venerat tunc exaedificante eo portum, invitata naufragiis tergorum e Gallia advektorum, satiansque se per complures dies, alveum in vado sulcaverat, accumulata fluctibus in tantum, ut circumagi nullo modo posset, et dum saginam persequitur, in littus fluctibus propulsa, eminente dorso, multum super aquas, carinae vice in-

versa. Praetendi jussit Caesar plagas multiplices inter ora portus, profectusque ipse cum praetorianis cohortibus, populo Romano spectaculum praebuit, lanceas congerente milite, e navigiis assultantibus, quorum unum mergi vidimus reflatu belluae oppositum unda. De earum et Balaenae pugna ita quoque Plinius. Balaenae et in nostra maria penetrant. In Gadi-tano Oceano non ante brumam eas conspici tradunt. Condi autem aestatis temporibus in quodam sinu placido et capaci mire gaudentes ibi parere. Hoc scire orcas, infestam his belluam, et cuius imago nulla repraesentatione exprimi possit alia, quam carnis immensae dentibus truculentae. Irrumpunt ergo in secreta, et vitulos earum et foetas vel etiamnum gravidas lancinant morfu, incussaeque ceu Liburnicarum rostris fodiunt. Illae ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, et pondere suo oneratae, tunc quidem et utero graves, pariendive penis invalidae, solum auxilium novere in altum profugere, seseque opponere, et cautium angustis trucidare, in vada urgere, saxi allidere. Spectantur illa praelia ceu mari ipso sibi irato, nullis in sinu ventis, fluctibus vero ad anhelitus ictusque, quantos nulli turbines volunt. Hucusque Plinius.

ARTICVLVS IV.

De Delphino.

TAB.
XLIV.
Aldrov. de
Cetis c. 7.

Piscis, quem Latini Delphinum vocant, is Graecis *δελφίς* et *δελφίν* et si minutus *δελφισιακός*, plerisque Europae nationibus, Porcus marinus dicitur. Ex Cetis esse, quod branchiis careat, pulmonemque et arteriam habeat, Aristoteles reliquit. Repando dorso incurvum esse plerisque proditum, unde incurve cervicum pecus Pacuvius vocavit, seu quod talis oculis nostris, dum ab undis exsiliens in mare praeceps fertur, propter celeritatem motus appareat; seu quod, quia branchiis destituitur, revera corpus, cum se vibrat, incurvet, ut promptior in gurgitem pronus feratur.

Rostrum ei est finum, unde Simo-
nis nomine gaudere Plinius scribit. *Linguam* mobilem, brevem, latam, carnosam, exertam in ambitu ferratam, suillae non abfimilem. *Dentes* parvos, acutos, pectinatim coeuntes. *Oculos* magnos, sed cute adeo tectos, ut pupilla solum appareat, non longe ab oris scissura, quin in eadem prope modum linea fitos. De *Fistulae* situ non convenit inter autores. In dorso esse scribunt Aristoteles et Plinius, ante cerebrum Rondeletius, cuius verior sententia, inter oculos Bello-nius. In dorso esse creditum veteribus, quod magis ad posteriorem partem quam in balaena spectet. *Pinnis* dua-

Phn. H.
N. l. c.


Aristot.

Utilis Piscis formam ad instar Præcis habens.



Dæphinus prior.

Dæphin.



Dæphinus alter.

Dæphin.



Antiq.
Metal.



Antiq.

Maal.




Dæphinus
Dæphin.

femina.
Wriblein.



Dæphinus alius.

Ein ander art Dæphin.





duabus validis natat, quae veluti hominis brachia cum omoplati articulis junguntur. Earum muscoli quatuor robusti dorsi pectorique annectuntur. Hae in ventre sunt, ita sitae, ut non solum natatum, sed et motum, quo sursum se effert respirandi causa, adinvenit. In dorso quae est, aculeatam Plinius, et Pausanias faciunt, propter duritiam sine dubio. Nam rigidam satis esse Rondeletius testatur, duae quae in cauda, ex ejusdem lateribus, altera dextram, altera sinistram partem versus, ita ut cauda, quae lunata, aquam latitudine sua verberet. *Sextum* si attendas, pudendi in *foemina* orificium, ano vicinum est, ad terrestria animalia accedens, binas eadem, si Plinium sequimur, in ima alvo papillas tantum gerunt, nec evidentes, et paulo in obliquum porrectas. Aristoteles mammas prope genitale continere ait, papillas quadrupedum more conspicuas habere negat, sed velut alveolos quosdam humoris duos esse scribit, utroque de latere singularem, e quibus lac fluit, quod ore catulorum parentem sectantium excipitur. *Vulva* cervicem palmum unum longam habet, quae deinde in ramos duos, veluti in quadrupedibus terrenis, videre est, distribuitur. Testes ad uteri cornua, pudendum inter umbilicum et podicem gerit. *Mari* foramen quoddam in medio ventre apparet, e quo pudendum quadrupedibus simile exit, quod in congressu erigitur, et extra eminens profertur. Ideo forte Aristoteles genitale foris esse dixit, testes intus, qui secundum Plinium longi, ad alvum tecti. *Felle* omnino caret. *Locum* si spectes, nullum fere sine Delphinis mare; adeo ut et in Ponto, quem nulla piscibus inimica bellua ingreditur, reperiantur, et in Adriatico quamvis raro capiantur, sed et aquas dulces subit, et Nilum ipsum, ibique piscibus aliquandiu pascitur. Illos tamen non esse, quos Solinus ferratas cristas habere, Crocodiculos studii ad natandum elicere, demersosque astu fraudulento tenera ventrium subternantes secare et interimere, scribit, facile mihi persuaderi

pator, quod Marcellinus non Delphinos, sed Delphinis similes vocat. Accepit a Graecis qui circa Propontidem salitant Bellonius, eosdem instar aliorum piscium migrare, e mari mediterraneo videlicet Septentrionem versus, Hellespontum et Propontidem emetiri, Euxinum ingressos certo tempore immorari, tum denuo loca prius relicta repetere. *Cibus* Delphino pisces, in quos crudeliter grassatur, habetque Cephalos aves comites, quae ab eo occisorum sanguine pascuntur, ut Oppianus scribit. *Vita* satis longa, ad tricenos saepe annos producit, forte quod felle careat. *Coitus* humano similis, illeque paulo quam piscium, qui attritu ventrium coeunt, diuturnior. Aristoteles tamen caeterorum more congregi scribit. Gestat uterum ^{1. 5. c. 5.} decem mensibus, et singulos ^{* Arist. H. A. 1. 6. c. 13.} uno partu, interdum et binos edit. Parere aestate, nec ullo alio in vulgatis Plinii codicibus legimus. Rondeletius foetum vere aliquando extraxit, alteram foeminam Octobri dissecuit, inque ejus utero tum demum formari coeptum foetum invenit. Chorio amnio et allantoideo tunicis, is in utero involvitur, sanguine per venas umbilicales nutritur, et spiritum per easdem arterias recipit. Proles celeriter adolescit, quippe quae annis decem ad summam magnitudinem perveniat, ut tradit Aristoteles. Pro *voce* ipsis gemitus est humano similis, ut Plinius prodidit. Rondeletius stridorem edere scripsit, vocisque nonnihil. *Visum* habent acutissimum, ita ut piscem etiam sub lapide vel in caverna aliqua latitantem videant. Omnium tum terrestrium tum aquatilium velocissimos Aristoteles dixit, ocyores volucres, ocyores telo. Nam cum fame concitati fugientem in vada ima piscem, diutius spatium continuere, ut arcu emissi ad respirandum, emicant; tantaque vi exiliunt, ut plerumque vela navium transvolent saltu. Pernicie saepe causa ista velocitas. Nam aliquando, dum Mugiles persequuntur, nec incitatum cursum inhibere possunt, terrae impacti, praeda fiunt;

Ee 2

quod

Plin. H. N.

Arist. H. A. 1. 9. c. 48.

Plin. H. N.

Solinus. Polyhist.


Aelian. H. A. 1. 12. c. 12.

quod et tum fit, cum vel asylo instantur: ut Rondeletius observavit, vel nimio piscatorum strepitu gravantur. *Plin. H. N. l. 9. c. 8.* Plinius tellure tactas mori ait, repugnante experientia. Nam et Aristoteles extra aquam mutientem et anhelantem caeterorum spirantium more reliquit, et Gesnerus Arimini captum tres dies in terra vixisse scripsit, et Rondeletius vivos a Monspeliensibus Lugdunum usque deportari affirmat. Gregatim ex aetatum ratione dispositi natant. Parvuli praecedunt, adultiores sequuntur. Hoc singulari in prolem amore fit, quo etiam foetus tenellos in fauces recipere, ut Solinus dicit, vel saltem eos in faucibus aliquando gestare, quod Oppiano et Gesnero visum, solet. *Plutarch. l. utraque anima.* De ipsorum somno ita Plutarchus. *Delphinus dormiens de summo per altum demittitur, tantisper dum in vadum impingat, solumque sentiat: Hic excusso somno ronchoque edito ad summum rursus meat, rursusque demittitur, ac pronus fertur, imo quodam mirabiliter composito quietem captans.* Ingenium singulare relipit, quod parentes senio confectos alant, sui que corporis nisu natatum eorundem promoveant, totam nationem tanto amore prosequantur, ut saepe aliquem * ex se captum ad portum usque comitentur, mortuum vero quasi ad sepeliendum efferant; quod Hesiody a latronibus interfecti in mare projectum cadaver, * ad Rhium et Molycrionem deportasse legantur, quod navibus in qua aliquis ex delphinicidis, coorta tempestate, quasi in ulationem perniciem struant, quod a Graecis, Italis, Venetis imprimis navitis creditur; quod Serapidem et Dionysium, jussu Ptolomaei Soteris revehentibus, et supra Maleam abreptis, ducem se ad stationem praebuerint; quod Simonis nomine miro modo gaudeat, ut post Plinius, Gillius cum ad Antipolin provinciae Narbonensis urbem navigaret expertus scribit; quod captus miserationem gemitu moveat, ut auritus testis Gillius prodidit, quod denique cantu et Musica, unde illa de Arione in mare injecto et a Delphino liberato, seu fabula, seu Historia, oblectetur. Tempestates lascivendo praesagire * navitae, Bellonio refragante affirmant, *Plin. H. N. l. 8. c. 35.* et a nobis cum ex Anglia Scotiam aliquando peteremus, observatum est; seu quod aëris mutationibus non aliter ac aegri afficiantur; seu quod procella exurgente, confurgentes ab imo maris exhalationes, calorem in Delphinis excitent, quem ut temperent, crebrius erumpunt. Piscatoribus Euboicis in piscatione subsidio esse, authoribus proditum est: Verum rectissime Bellonius, non suo ingenio sed fortuito id facere, observavit. Si enim in Celerinorum aut Sardiniarum greges inciderint, capitibus absumptis, truncos capientibus relinquunt. Pisces vero irruentis Delphini impetu consternati, postquam in aërem exiliissent, tam densa interdum in mare agmine relabuntur, ut pluviam representent. Quae de Delphinatorum in pueros amoribus dicuntur, apud Gellium et Aelianum invenies. *Gell. Noct. Atticar. l. 7. c. 8.* Inimicitias cum Balaena, ut apud Philen legimus, Pompilo, et Amiis gerit. Ex pisciculis, Pediculus parasitum habet, de quo ita Aristoteles. *Aelian. H. A. l. 6. c. 15. l. 8. c. 13. d. l. 2. c. 6.* Maris quod a Cyrena in Aegyptum panditur, piscis Pediculus nomine circa Delphinum est, qui omnium pinguis sit pabuli copia, quae Delphini opera suppeditatur. *Arist. H. A. l. 5. c. 31.* Usus ejus quibusdam gentibus in Cibus, et quidem tantus, ut in mensas Principum veniat. Maxime tamen hepar et lingua commendantur. Illud tenerum, sed mali sacci. Haec, tenerior pinguior et hepatis praeferenda. Cardanus viscera non solum sapore sed et odore quasi violae commendari scribit. De Usu in Medicina pauca occurrunt. Kiranides ventrem sic cum et tritum splenetico prodesse, *Plin. H. N. l. 32. c. 10.* cur assum et in cibo sumptum, tertianam et quartanam integre sanare scribit. Plinius febrium circuitus tolli ait, si ante accessiones degustum fuerit. Dentium cum melle Cynis infantum gingivis dentitionibus confert. Alligatus, pavores repentinos tollit.

Caput Delphini.

Delphini Kopf.

Tab. XLIV.



Gladius pifis Soric

Der Kopf des Schwerfisch.

Scolopendra cetacea.




Phoca sine

Vitulus marinus.

Vitulus

Seehundt.



Seehund.



Wallröfs.



Rosmarus.

Rosmarus.

Vetus.

Ein Alt Meer Ros.



Rosmarus lutericus.

Ein Jung Meer Ros.

Tab. XLIV



TAB

Plin
l. 9.

Plin
l. 9.

Car.
vari

TAB

ARTICVLVS V.

De Phocaena et Scolopendra Cetacea.

TAB. XLI.

Phocaena Delphini species est. Rondeletius quidem diversum a Tursione facit; sed Gaza, motus sine dubio Plinii verbis, qui Tursiones Delphinorum similitudinem habere scripsit, Phocaenam Tursionem vertit, et pro iisdem, Scaliger, Bellonius, Gesnerus, Jovius et alii agnoscunt. Differt tamen et ab eò, qui Athenaeo *Δυσσάων* dicitur, et a *Platanista*, quem Plinius in Gange Indiae rostro et cauda Delphini, magnitudine vero quinque cubitorum, facit. Descriptionem si attendas, ita de iis Plinius. *Delphinorum similitudinem habent, qui vocantur Tursiones. Distant et tristitia quidem aspectus: abest enim illa lascivia; maxime tamen rostris. Canicularum maleficientia assimilati.* Nobis ex Bellonio et Cardano in variis.

ore aperto respirasse et fustirasse; *Lachrymatum* fuisse, profluentibus ex oculis guttulis; diuque supervixisse, quamvis sanguis e vulnere, non secus ac vinum e siphunculo flueret, addit. Nullius non maris est incola. Bellonius saepius in Oceano Gallico quam Delphinos capi scribit. Rondeletius etiam in Ponto vivere, et in loco illo, Aristotelis, *ἔξω γὰρ Φαλαίνας καὶ δελφίνος* l. 8. c. 13. *ἔδεν ἐπὶ ἐν τῷ Πόντῳ*, etc. *Φαλαίνας* pro *Φαλαίνας* ex eodem Aristotele, qui antea Phocaenam in Ponto nasci scripserat, legendum esse putat. Hoc alii de vitulis marinis accipiunt. Parit magna ex parte binos vel singulos ut Aristoteles prodidit. Bellonius in forum Parisiis, diebus Veneris inprimis adferri reliquit. Delphino tamen est deterior, quia pinguior.

SCOLOPENDRAE CETACEAE, Aelian. H. A. l. 13. c. 13. Aelianus solus meminit. Exerunt aliquando totum e mari caput. Narium pilos magna excelsitate apparere, caudam perinde atque locustae latam conspici, reliquum corpus aliquando in superficie aequoris spectari, et cum tiremi iustae magnitudinis conferri posse: Permultis pedibus, utrinque ordine sitis, tanquam ex scalmis appensis natate. Addunt inquit harum rerum periti ac fide digni, ipsos etiam fluctus ea natante leviter subsonare. Pro hac Cetacea Scolopendra, hanc, quam exprimi curavimus, Aldrovandus exhibet. Tota ad colorem caeruleum vergebat; ad latera tamen et in ventre nonnihil rufescebat.

ARTICVLVS VI.

De Phoca, seu Vitulo marino.

TAB. XLI.

Etsi Phoca animal sit amphibium, quia tamen humore potissimum victitat, nec diu extra aquas vivere potest, inter aquatilia referre placuit. Graeci *Φωκην* dicunt, seu ex

βόκη boati quem edit, unde Servius apud Virgilium, Phocas, *marinos boves* interpretatus est, seu aliunde ducto vocabulo. Plinius et Gaza vitulos marinos; ille, quandoque Vi-

Ee 3

tulos

tulos simpliciter dixit. Festo *Bocas*, ut Gesnerus conjicit, vocatur. Varinus ἐνάλιον κῆτος, Oppianus Σῆρα ἐνάλιον dixit. Differt *Corporis figura* ab omnibus tum piscibus, tum Cetis, adeo ut quadrupedem vocaverit Aristoteles. Habet quippe, ut oculatus testis Rondeletius scribit, veluti *brachia* sine cubito, sine ulna, brevissima: Quod sequitur, Carpo nostro respondens, ex multis ossibus constat: Metacarpium vero, ex quinque ossibus, quae pelle tantum teguntur: inde tanquam manus indivisa, praeterquam in extremo, in quo quatuor linearum distinctiones, tantum spectantur; unguis autem quinque distincti. Quia pinnarum vicem agunt, ideo Homerus φέκας *πέποδες* cognominavit. *Corio* tegitur duro, folido, pilis nigricantibus et cinereis, quaedam maculas parvas albicantes in ventre habent. Plinius *Cartilagine*s non ossa habere scribit, sed Aristoteles carne abundare mollemque esse, et cartilaginibus ossibus constare, author est. *Caput* est breve, et pro corporis magnitudine parvum. *Collum* longius, quod pro arbitrio extendit et contrahit. Inferior *maxilla* Lupinae similis est, superior quam in lupo latior, hacque et naribus vitulis terrestribus affinis est. Oris scissura mediocris. *Superciliorum* locum et superius labrum pili duri alias nigri, alias albi tegunt. *Dentes* sunt ferrati et lupinorum similes. *Oculi* splendent et subinde in mille colores ut hyaenae transeunt. *Lingua* est scissa, id est bisulca. Plinius duplicem facit, Rondeletius latam esse addit. *Auribus* caret, quod vitam in humore traducat, partes vero aurium meatibus additae, ut motus aeris a longe delatus servaretur: sed loco eorum meatus angustissimos et exiguos habet, qui in viventibus sunt evidentes, in mortuis difficillime inveniuntur. Lato est *pectore*. Omoplatas enim habet quaternis musculis connexas, superiore vel posteriore in parte quam canes terrestriaque alia animantia, quae in lateribus eas habent. *Fel* in hepate habere, negat Aristote-

les, omnino habere Bellonius. *Plinius* tribuit, sed partem non exprimit. *Renes* ei sunt firmissimi et solidissimi, cum reliquorum omnium magis minusve cavi. *Genitale*, maribus oblongum, foeminis ad terrestria accedens. Aristoteles simile *Rajae* esse ait. *Locus* Phocae aqua et terra. Nec penitus illa carere potest, nec in ipsa agere secus, nisi per intervalla quaedam respiret.

Vescuntur piscium carnibus, et in vivaria immissi, furibundi in eos saeviunt; apud Troglodytas extra finem Arabicum piscium capturae non minus ac homines intenti. In retia delapsi, dilacerant eadem, et piscibus una capitis effugiendi ansum praebent. Leporum et aliorum retro mingentium ritu *mingunt* et *coeunt*, nempe averfi, inque medio coitu cohaerent. *Pariunt* in terra pecudum more, nunquam geminis plures, ut scribit Plinius. Secundinas emittere scripsit Aristoteles. Prolem circa duodecimum a partu diem in mare deducunt, quod Calpurnius inter impossibilia recensuit. Maxima ex parte per littora vagantur, et vicinos agros, vineta et pomaria deperdunt. Si quando colliculum ascenderint, indeque secedere coguntur, pedibus ac capite in ventrem contractis, ac toto corpore in globum contracto, maximo impetu in mare devolvuntur. Non procul tamen a littore recedunt, quod ipsis difficilis pedum in terra usus sit. Difficulus *interficiuntur*, nisi capite eliso, quod corpus totum carnosum sit. Extra aquam ad solem in arena littoris vel super saxa *dormiunt*, ut liberius respirent. Nul- lum animal graviori somno premi author est Plinius. Nos aliquoties, cum Andreapoli in Scotia studiis operam daremus, tam prope ad stertentes accessimus, ut lapidibus infestari potuerint. Postquam se in aquas coniecissent, elato ex undis capite nos intuebantur. Inter dormiendum tam alte stertunt, ut munitum edere videantur, quod Aristoteles quoque et Plinius meminere. In causa pituitosus humor, qui in aspera

Aristot.

Plin.

Plinius.
Juvenal.
Satyra 3.TAB.
Arist.
1.6. c.Lope.
Gene.
Clus.
1.6. c.

aspera arteria, inspirando et exspirando exagitur. Sed et in aquis forte dormiunt. Nam et ranae, quarum more sub aquis diu urinantur, longissimo anni tempore, sub aqua latere possunt, ne quicquam de *pulmone* dicam, qui exiguus, spumofus, nec sanguineus *Ingenium* si spectes. Saepissime mitescit, et naturam ferinam deponit, et quod mireris, accipit disciplinam, voceque pariter et visu populum in spectaculis exhibitus salutat, et incondito fremitu, nomine vocata, respondet, sed et in hominem amore fertur, hac in parte nihil a Delphini natura abhorrens. Visus aliquando vitulus marinus, qui ad principis Christiani nomen gaudio perfundi videbatur, obmutescibat ad Turcae. Is etiam, cujus Rondeletius iconem dedit, in Lerini insulae Coenobio, nullo metu cum hominibus per multos dies versabatur, adeo ut et gradus ascenderet. Damnis apud Philostratum, Phocam a piscatoribus captum, filium quem in cavea pepererat, ita deplorare mortuum vidit, ut per triduum a cibis abstineret. Tzetzes vero testatur, cum suis catulis mori, istos cum suis matribus, parentesque senio confectos, in natando juvare. Summa ipsis cum mari *Sympathia*. Pili enim excoriati si mare turbatum in fluctus surrexit, similiter eriguntur; si desedit, in planum sternuntur. Quod cum non crederetur, facto in Indico mari circa Hispaniolam insulam periculo, non amplius fabulosum haberi Carda-

nus asserit. Plinius sensum aequorum retinere, semperque aestu maris recedente inhorrescere scripsit: Rondeletius vero mutationes aëris significare, austrinis ventis furrigi, borealibus ita desidere, ut nullos plane affirmes, saepius observavit. Fulmina et grandines corium prohibere Plutarcho et Palladio proditum. Ideo, et summas velorum partes eo obtegi, et Augustum Caesarem pellem vituli marini perpetuo circumferre consuevisse, et Severum Imperatorem eadem tectum voluisse legitur. Grandini vero obviare Palladius credit, si per possessionis terminos circumferatur, et in villae aut horti ingressu suspendatur, cum malum videaris imminere. Urso metueri Oppiano debemus, congressos aliquando cum iisdem in spectaculis, Lycostae rustico apud Calphurnium; fugere et arietes marinos, et forti anhelitu e cavernis extrahi, Aeliano. Negligitur etiam ab infima plebe in *Cibis*. Caro enim ipsius, mollis est, spongiosa, et pinguis, adeo ut liqueatur, si diutius manibus contrectetur. In *Medicina*, dextra pinna capiti subdita somnum adfert, quod nullum animal graviore somno prematur. *Pellis* a podagra praeservat, si ex ea calceos gestaveris. Adeps in muliebribus morbis vehementer ab Hippocrate laudatur. *Coagulum* quod evomere dicunt, ne in hominum manus incidat, cum panace, vel succo punici, Comitiales morbos sanat. Caelius Aurelianus tamen id reprehendit.

ARTICVLVS VII.

De Manati Indorum.

Tab. XLIII.
Arist. H. A.
1.6. c. 11.

Lopez Hist.
Gener. c. 13.
Clas. Exot.
1.6. c. 19.

Huius piscis nemo veterum meminit, nisi forte Bos sit Aristotelis, quem in Historiis inter Cetacea reponit. Belgae vaccam marinam vocant. Nec incongrue iste dicitur, cum quod capite terrestrem bovem referat; tum quod ejusdem more herbis in terra pascatur. Utri est similis, ideo foedissimus aspectu. Caput habet bovis instar, Oculos exiguos, Pedes circa caput binos, cras-

fos tanquam alas brachiorum loco, quibus natat. Aurium loco duo foramina exigua quibus audit. Lapides seu ossa in cerebro bina parvae pilae palmariae magnitudine, orbicularia. Circa caudam strictior est et quasi praecinctus, quae etiam ab inde ad extremum tota conspicitur nervosa. Foeminae duo sunt ubera in pectore, quibus catulos lactat. Corium, quo integitur, est simile ustulati porci corio,

Plutarch.

Sueton. in
Augusto.Pallad.
R. R.

Aelian.

Plin.

Plin.
Theoph. H.
1.9. c. 12.

rio, digitum densum, cineraceo colore, rarisque pilis praeditum. Adeo magnus est, ut iugo boum opus sit ad unum vehendum. Nonnunquam quatuordecim aut quindecim pedum longitudinem superat, octo vero palmarum crassitudinem. Circa insulam Hispaniolam in mari capitur. Subit tamen et flumina, et secundum ripas eorum herbas depascitur. *Manfuescit* aliquando. Aluit quendam per viginti sex annos in lacu Guaynabo Caramatexi Regulus, tam mansuetum, licet jam grandem, ut nomine Matonis inclamatus, e lacu egrederetur, et ad aedes cibi sumendi gratia perreptaret, iterumque in lacum remearet, pueris atque viris, quorum cantu delectari videbatur, comitantibus. Idem denos simul pueros tergo exceptos ex una lacus parte in oppositam transehebat. Cum quidam ex Hispanis hastam in eum vibraffet, et si

non laesus, nunquam tamen impotenter emergere voluit, si viros hasta indutos, et barbatos conspexisset. Intumescente fluvio Hayboaico, et in lacum illum se effundente, in mare regressus est. *Usum* et in *Cibis* et in *Medicina* praestat. Caro enim ejus resiccata, Anglicae bubulae similis est, et diutissime incorrupta manet; cocta Thynni carne est praestantior. Cauda in partes concisa, et soli per quinque dies exposita, tandem in patella cocta, multa pinguedo elicitur, quae, quia rancorem non contrahit, ad ova in sartagine frigendo adhibetur. *Ossa* in capite colicae passioni et doloribus nephriticis valde adversantur, si primo adusta, contrita et per cribrum transmissa, in vino drachmae unius vel alterius pondere, assumpta fuerint. Ex Corio cingula etiam et calceorum soleae fiunt.



ADDITA-

ADDITAMENTVM

DE

CANE ARISTOTELIS.

Nieremb. H.
N. l. 11. c. 20.

PISCIS, qui hodie Tubero dicitur, Canis Carcharias esse vulgo creditur. At quia ille, quem Franciscus Hernandus describit, exacte descriptioni, quam attulimus, non respondet; ideo placet et hanc apponere. Cetaceus inquit piscis est, ex genere oblongorum, Oceani incola, quindecim interdum dodrantes longus, voracissimus, cursu velox, nec omnino stupidus, et bina humana corpora saepenumero crassus; ore quod rostro unciarum decem intervallo subjacet, lunato, vallatoque superne trino dentium praeacutorum, ac sese mutuo serrae modo subintrantium, ac quaternio inferne binum dodrantum rictu, et branchiis utrimque quinque: rostro ranae obrotundo, pinnis singulis utrimque juxta branchias, totidem juxta pudenda, juxta caudam unica altera omnium maxima imminente dorso statim a branchiis, alteraque juxta caudam modica, a contrario alterius parvae; sed in oppositam partem vergente cauda magna, crassa, falcataque, et superna parte triplo aut quadruplo longiore atque latiore, et juxta exortum quibusdam parvis cavitatibus insigni: oculis modicis longo inter sese distantibus intervallo: pupilla magna, et sub lutea iride, corio vero ceterorum cartilagineorum, cum sese tendit, nullis ictibus penetrabili: dorso ac lateribus caeruleis exsaturatis, ac ventre candenti. Mirum est, bina pendere mari, ossa pudenda, cava, alba, dodrantem longa, et ternis singula, glandis loco, longiusculis noxia acuminibus, quibus novaculae modo facile quid-

vis obvium abscondit. Maleficum animal est, atrox, ac hominum devorator: adeo vivax, ut in perquam tenues etiam divisum apalectos, affixumque veru, ac vitam adhuc videatur mordicus retinere. Mediocre praestat, et quale alii congeneres pisces, dum parvum est alimentum; sed provectius, durum, ingratum, insalubre, et fluxum alui ciens. Unicum est illi intestinum, satis amplum; unde tam improba contigit voracitas. Cor parvum subalbidum, laxum, et usque adeo vivax, ut eductum, et in varias partes sectum, diutius conspiciatur moveri, ventriculisque distinctum. Stomachus vastus est, hepar candens, in duas partium taenias, quatuor dodrantes longas, ac decem uncias latus divisum. Splen vero jecinoris longitudine, sed duas tantum uncias longus.

Caeterum solent circa tuberones pisciculi quidam natare Romeri dicti, de quibus ita Hernandus. Piscis est spinosus, Oceani Septemtrionalis alumnus, dodrantem plus minus longus, tres uncias crassus, corio tectus molli et paene teres. Lunata constat cauda, et rostro refimo atque compresso, oculis magnis, si magnitudini corporis comparentur, pupilla nigra ac lutea iride. Senis natat pinnis, quarum altera medio paene dorso in caudam usque procedit, sensim sese attenuans, et a quibusdam praeacutis spinulis sumens exordium: altera a pudendo paene ipso in caudam fere descendit, utrimque a branchiis singulae, binaeque paulo ante initium ventris.

Nieremb. H.
N. l. 11. c. 19.

Ff

Color